✠ IN NOMINE PATRIS. ET FILIJ. & SPIRITUS SANCTI. AMEN.

Ego Radulfus dn̄s Cociaci. Notum fieri uolo tam presentib; q̄m futuris. quod amore dei ductus & desiderio salutis mee & prede
cessorum. pariterq; heredum meorum. recognoui & concessi in ppetuum elemosinas & aisentias. quas auus m̄s Thomas & Ingelrannus
pater m̄s contulerunt fr̄ibus premonstrate ecclie ppetuo possidendas. Videlicet quicq̄d juris uel consuetudinis habebat auus m̄s p̄dictus
in loco qui premonstratus dicit̄. remisit fr̄ibus ibidem deo seruientib; & seruituris. Valles etiam om̄s premonstrato adiacentes. & pelluta
montium sicut ualles pportant. ex quib; fr̄s partim sartauerant & residuum se posse sartare asserebant sed tantum apud eos q̄d dein
ceps in eis non sartabit̄. sed nemus uallium & pendentium ad opus edificiorum suorum. & aliarum necessitatum suarum reseruabunt.
Concessit etiam idem auus m̄s eis usuarium de mortuo nemore in foresta de voois. & pascua animalibus. Dedit quoq; ipsis
locum qui Rosieres dicit̄ & de propria terra sua unam carrucatam. que omnia predicte ecclie fr̄s in die eiusdem aui mei & in
diebus patris mei quiete possederunt. Cum autem locus prefatus ampliari cepisset & p uniuersos fines mundi orbis dilatari. pater
m̄s qui locum illum plurimum dilexit paterne liberalitatis emulator concessit eiusdem loci fr̄ibus terragium & decimam de
verun. terragium de aengnes. terragium de coci uilla. exceptis duob; modijs hyemalis annone qui psoluuntur ecclie beate MARIE
Nongenti. Viuarium etiam cum molendino iuxta eandem uillam videlicet coci. Feodum quoq; & partem decime de vassen. Remisit
etiam eis winagium in omni loco terre sue ubi ab alienis accipiebatur: nisi de re que emitur: ut rursum uenalis exponenda
deferatur. Ego itaq; qui beneficia & elemosinas aui mei siue patris mei minuere non appeto. neq; seruientes deo sup elemosinis
sibi collatis uexari desidero: ea que predicta sunt benigne eis recognoui & concessi. & quod eis in pace facerem possidere. pmisi.
Unde uolo quod seruientes mei & heredum meorum de hijs omnib; pacem eis ferant. Quod si pro quacumq; occasione wagia
eorum ceperint. uł ad me ea deferant siue adducant apud Cociacum. uł in uicinia si presens fuero. aut eis recredant usq; ad reditum
meum. & tunc res in notificabit̄: & ut res pacifice & rationabiliter ualeat terminari. mittam si uoluero ad ueritatem cognoscendam.
Volo enim ut pax eis conseruetur: & ut a seruientib; meis non inquietentur. Quia uero moleste ferebam. quod tot noue uie uł ab ipsis
uł ab alijs fiebant in foresta mea: uias eis assignari feci p quas bona eorum libere & quiete adduci poterunt & reduci. Videlicet
uiam p anlers. viam p longum buellum. viam iuxta Rosieres. viam p septem valles. viam que ducit Crispiacum. & que ducit ad
s̄cm Nicholaum. & que ducit p Broiencurt. & q̄ ducit uersus Anisiacum. Has uias concedo liberas & quitas karris eorum & karretis.
Quia ergo & ea que predicta sunt. & omnia que de feodatis & hominib; meis in omni posse meo tempore huius scripti tenebant.
benigne eis concessi: ipsi uersa uice dederunt m̄ aduocatiam suam de sorni: saluis redditib; & possessionib; eorum. & omnib; que
ibidem habent preter iusticiam eiusdem uille. Ita sane q̄d cum q̄m sibi maiorem in eadem uilla constituent p singulos annos
ad querendos & recipiendos redditus suos. liberum habebunt ab omni tallia. ab omni exactione & requisitione. & si forsfecerit.
p abbem premonstraten̄se emendabit. aut si nollet p me m̄ emendaret. Conuenit autem inter me & ipsos quod aduocatia illa nunquam
alienabitur a d̄no de Coci. sed qui erit d̄ns de Coci: erit aduocatus de sorni. Ut ergo hec concessio predecessorum meorum & mea rata
& inconcussa ppetuo prefate p̄monstrate ecclie pmaneat presenti scripto. & sigilli mei appositione & hominum meorum qui interfuerunt
annotatione feci roborari. Actum laudum Anno incarnationis d̄nice. M. C. lxx viij. presentib; hominib; meis. Radulfo de bossel.
Radulfo Cane. Hectore. Symone de amegni. Petro Camario. Gwidone de s̄co Paulo. Postmodum autem cum presens scriptum
facerem confirmari: recognoui iterum apud Cociacum coram istis. Petro Capellano meo. Reinardo de foro. Roberto maiore de
Coci. & Mauberto seruientib; meis. Ex parte autem d̄ni hugonis premonstrati abbatis affuerunt cum eo. Willelmus abb̄s de
Castaniolo. Ulebaudus abbas loci restaurati. Symon. Hermannus. Willelmus. fr̄s premonstrati & sacerdotes.